

## MAGYAR HADI SZABÁLYZATOK GYŰJTEMÉNYE.

### *II. Rákóczi Ferencz hadi rendelete a káromkodók ellen.*

Nyitra, 1705 aug. 29.

Nos Princeps Franciscus Rákóczy de Felső-Vadász, comes de Sáros, dux Munkátsiensis et Makoviczensis, arcium, dominiorumque Sáros-Patak, Tokaj, Regécz, Ecsed, Somlyó, Lednicze, Szerents et Ónod hæreditarius Dominus, etc. Notum facimus per præsentés universis, cuiuscunque status et ordinis, Hungarum incolentibus patriam, signanter vero campi Mareschallis, Brigaderiis, Supremis item et Vice-Colonellis, Vigiliarum Præfectis, Ductoribus, Auditoribus, cunctisque aliis cuiuscunque honoris, præminentiae, sortis, ac ordinis officialibus nostris bellicis, generaliter vero toti et universæ militiæ nostræ in communi.

Tametsi cumprimis Divina ita disponente clementia, super redintegrandâ oppressâ sub iugo, prætextuosoque Domus Austriacæ dominatu almæ hujus patriæ avita libertate labefactorumque ejusdem privilegiarum recuperatione solliciti, initiales factorum animi conatus prosequi, et continuare cepissemus, cunctas Hungaræ nationis rerum circumstantias penitius considerantes, ac e prava consuetudine imbutam incretamque antelatæ nationis execrandam indolem, compluria inter tollenda obstacula hoc quoque creberrimos pios, ac salutares conatus meditationesque nostras retardasse, ac impedivisse adversum est, eo, quod nonmodo plebei regnicolarum, verum magnatum quoque dicti regni, pariter ac nobilium complures a zelo, viaque pietatis deflectendo, enormes, ac ipsis astris horribiles calumnias et blasphemias, licentiosis plenis faucibus vomere, spargereve haud formidantes, opitulante hactenus justæ causæ legitimis ipsorum armis miserentis Dei gratia seclusa, ipsis Divinam nemesim provocantibus, salutaris, optatoque fine terminandus conatum progressus minime foret sperandus. Verum tamen e converso pensitantes, quod si fractis tantarum calamitatum onero ipsorum cervicibus, pri-

mæve libertatis reducendæ clementiam Divinam experiri valuerint, tandem tot calumniaris generibus obfœdatam linguam suam pia conversione refrœnatos, ac hujusmodi sceleratam consuetudinem abhorrescentes, eam detestatos quoque plena fiducia sperabamus.

Et quamvis ab exordio susceptæ hujus pro patria belligerationis, inprimis etiam nonmodo patentibus publicisque rigorosissimis superinde edictis nostris mediantibus, verum insuper aliorum pro exemplo statutarum pœnarum executioni quoque mancipatione, vindictam Divinam provocantis calumniatis linguæ execrabile crimen severe inhibuerimus; nihilominus gravi cordis mœrore in hodiernum experimur, nedum anterecensitis suavibus cohortationibus, inhibitionibusque nostris efficacitas subsecuta fuisset: ast eo magis cunctos inter militiæ nostræ ordines innumere Divinam Maiestatem irritantes, probis, scandalosæ, ac aerem quoque adinstar pestilentiæ contagione quasi corrumpentes invadere blasphemiam, ut ii jam majori venerentur existimatione, qui horrendas illas hungarici idiomatis *Atta Teremtette* calumnias exquisitissimis belluonum dicteriis quodammodo exornare, ut his ad laudandam Divinam Maiestatem creatam suam linguam atterere possint, ac pro gloriosa militia sibi ducunt, prouti etiam pro ludibrio coram aliis christianitatis nationibus facti sumus propter similem contra Divinam Maiestatem vergentem excessivam consuetudinem, imo insuper armorum nostrorum felices successus Dei benignitate nobis hactenus concessos similibus excessibus a nobis avertimus et propter hoc nationalis peccati exercitium super dulcissimam patriam nostram omnis generis flagella cum lacrimis experiri possumus. Ea propter supranominatis cujuscunque dignitatis Status et Regni incolas adhortamur et admonemus, ob suam statum felicilandam et propter Divinam Maiestatem obsecramus, quod a simili fœdo ac Hungariæ hucusque varias calamitates inter alia communia peccata vel maxime causante et in consuetudine transeunte blasphemiam se abstineant. Inclitis vero comitatibus intimamus, bellicis ac aliis officialibus nostris serio mandamus, quod quisunque post publicationem præsentium hungarico idiomate *Atta Teremtette* et his similibus conviciis blasphemare præsumpserit, sine omni respectu et gratia tali modo puniatur, quod nimirum inferioris ac plebei status homo propter prima vice dictam blasphemiam (licet pro priori quoque actu majorem pœnam peccatum mereretur, nihilominus in consuetudinem transiens cito exterminari non potest) decem, pro secundo actu viginti, et consequenter pro decimo actu centum baculis pulsentur; et si simili pœna refrænari non possit, processus judiciarius contra talem instituendus erit, in ea statu militari existens sine omni gratia displodatur, civitatis vero et pagen-

sis lapidetur, non absimiliter in comitatu residens dominorum et nobilium status rigore illius comitatus statuti et legis patriæ signanter articuli 42 anni 1563 puniatur. Insuper bellicus officialis propter primum blasphemiam factum a suis superioribus sine omni personarum respectu in arestum ponatur, in quo aresto in pane et aqua constituatur, secundum numerum peccati multiplicetur usque ad quintum (cum ipsis optime constaret pietatis modus, se facilius corrigere possunt) hæc pœna peccati; si vero ulterius quoque cum postpositione Divinæ legis ac nostri mandati illam impietatem secutus fuerit, ab omni officio ac dignitate privetur; etsi nec imposterum præcaveret hanc malitiam, non secus in jus conveniatur, sine omni gratia moriatur, ut per similem animadversionem hoc horribile malum e natione hungarica extirpetur et modernæ assumptæ causæ duce Deo vero justorum nostrorum armorum progressum expectaturi, experiri valeamus, et experiamur. Datum Nitriæ, 29 Augusti, Anno 1705.

*F. Rákóczy.*

(L. S.)

*Paulus Ráday.*

(Eredeti fogalmazvány javításokkal. A közlő egyik rokona birtokában.)

(*Fordítás.*)

Mi felsővadászi Rákóczi F. Fejedelem, Sáros grófja, Munkácsi és Makoviczai herczeg, Sáros-Patak, Tokaj, Regécz, Ecsed, Somlyó, Lednicze, Szerencs várának és uradalmának örökös Ura stb. Közhírré tesszük jelen levelünk által az összeseknek, bármiféle rangú- és rendűeknek, a Magyar haza lakóinak, jelesen a tábornokoknak, dandárparancsnokoknak, ezredeseknek és alezredeseknek, az őrségek parancsnokainak, a vezénylő tiszteknek, auditoroknak, szóval az összeseknek és bármiféle rangú, sorsú, rendű hadi tiszteinknek — szóval általában az összes Katonaságunknak, közzétesszük, *hogy* :

Ámbár mindenek fölött az isteni végzet és kegyelem folytán, az Ausztriai háznak nyomasztó igája és zsarnok uralma miatt kellett lelkünk vágyának engedve megkezdeni és folytatni ezen vállalatunkat, édes hazánk ősi szabadsága és veszendőbe ment kiváltságainak visszaszerzése érdekében : mindazonáltal a legbensőségesebben megfontoltuk a magyar nemzet ügyének állapotát is, s e nagyrabecsült nemzetnek csupán rossz szokásból támadott, utálatos, tisztátalan és elátkozni való betegségét, annyi egyéb elhárítandó bajok között, a mi kegyes és üdvös törekvéseinket, célzatainkat leginkább hátráltatja és akadályozza ; az t. i., hogy nem csupán

a köznép, hanem a főrendek és nemesek közül is sokan eltávoztak a jámborság és a kegyesség útjáról, s zabolátlan ajakkal égre kiáltó borzasztó káromkodásokat és átkozódásokat visznek véghez, meg nem borzadva, kedvezvén eddigelé a szerencse is jogos ügyünknek és az ő törvényes fegyvereinknek, az isteni kegyelem segélyével, de az isteni vézetet ha kihívják, törekvéseink sikerülésének üdvös és óhajtott előhaladását nem remélhetjük. Mindazáltal meggondolván, hogy ha majd annyi szerencsétlenség súlya alatt megtört nyakkal, az isten kegyelmét tapasztalhatják az ősi szabadság visszavívásában, teljes bizalommal reméltük, hogy végre is annyi káromkodás által megfertőztetett nyelvüket, a kegyesség útjára térve, megzaboláznák s az afféle bűnös szokástól visszariadnak s azt megutálják.

De habár e szabadságharcz kezdetétől fogva nemcsak rendeletek és szigorú parancsolatok által, hanem példaadás okáért kiszabott büntetésekkel is tilalmaztuk az isten bosszúját kihívó káromkodásaik átkozott bűnét; mégis szívünk mély fájdalma ma is csak azt tapasztaljuk, hogy szelid intelmeinknek és tilalmazásunknak eredménye nem lett; sőt inkább, hogy összes vitélő rendünk között, számtalanszor sértegetik az isteni fölséget megbotránkoztató káromlásaik által, mely mint a ragály úgy terjed, annyira, hogy már nagyobb tekintélynek örvend az, a ki menél inkább ki tudja cifrázni tobzódó ajakkal a magyar nyelvnek «*atta teremtette*» káromkodásait, hogy ezek által koptassák isten dicséretére teremtett nyelvüket és katonai dicsőségnek tartják emez isten-káromló szokásukat, ami gúnytárgyává váltunk más keresztyén népek előtt s mi több, az efféle kihágások által eltávolítjuk magunktól az isten kegyelméből fegyvereinknek eddig engedélyezett szerencsés sikereket és ezen nemzeti bűn miatt könnyek között látjuk majd édes hazánkra zúdulni a különféle csapásokat.

Ezek miatt tehát a fönt nevezett bármiféle rangbeli tiszteteket és a birodalom lakóit fölhívjuk és intjük saját jól felfogott érdekükért s az isteni felségre kérjük, hogy hasonló gyalázattól — a Magyarország különböző nyomorúságait, egyéb közös bűnök között a legfőként okozó s szokásukká vált káromkodásoktól — magukat tartsák vissza. A nemes vármegyéknek tudtára adjuk, hadi és egyéb tisztjeinknek pedig szigorúan parancsoljuk, hogy bárki, a ki jelen rendeletünk kihirdetése után eme magyar beszédmóddal «*Adta teremtette*» avagy más ehhez hasonló káromkodással élni merészkedik, mindenféle tekintet avagy kegyelem nélkül a következő módon büntetessék: hogy tudniillik az alantasabb s a népbeli állású ember az első alkalommal mondott káromkodásért (bár e vétek az első esetben is nagyobb büntetést érdemelne, ámde mivel azt — szokásába begyökerezve — gyorsan kiirtani még sem lehet) *tíz*, a máso-

dik esetben *húsz* és következetesen a tizedik esetért *száz* botütéssel büntetessék, s hogyha ilyen büntetéssel sem zabolázható meg, az ilyen ellen bírói eljárás alkalmazandó, melynek értelmében a katonai állású minden kegyelem nélkül főbelövessék, a polgár vagy paraszt ember pedig köveztessek meg, nem különben a vármegyei szabályrendeletek szigora szerint büntetessék meg a vármegyékben székelő úri és nemesi rend is a hazai törvény jelesül az 1563-ik évi országgyűlés 42-ik articulusának értelmében. A hadi tiszt továbbá az első káromkodás alkalmával saját felelőitől személyére való minden tekintet nélkül áristomba tétessék, a mely áristombban kenyéren és vízen tartassék, a második esetben a büntetés fokoztassék egész az ötödik esetig (mivel előttök inkább nyilvánvaló a kegyesség módja és magukat könnyebben megjavíthatják) s ha netalán e bűnben még tovább haladna az isteni törvény s a mi rendeletünk mellőzésével, minden tisztségétől és méltóságától fosztassék meg; és ha a jövőben sem óvakodnék e gonoszságtól, nemkülönben törvénybe idéztessék, s minden kegyelem nélkül haljon meg, hogy hasonló fenytéssel irtassék ki a magyar nemzetből ez a borzasztó bűn s hogy mostani elkezdett vállalatunknak s jogos hadviselésünknek. isten vezérlete alatt, jó sikerét várhassuk, tapasztalhassuk és érzük el.

Kelt Nyitrán, 1705-ik év aug. 29-én.

*Rákóczy F.*

(P. H.)

*Ráday Pál.*

Közli: VERESS ENDRE.